



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiæ. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

66. Papius ponit quidem rancorem contra inimicum, huic tamen non exhibet benevolentiae signa, quibus cum etiam ab odio destituru[m] novit: nec ad illa cogi potest, si nimis hoc arduum accidat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

negamus illatum, cum maritus non verſetur in periculo tam aperto honoris amittendi, & adulter commodè ad Magiſtratum deferri, atque ab hoc pro meritis plecti poſſit.

LXVI. Papius & Vltanus graui odio diu ſe mutuò proſequuntur. Tandem verò Papius mitioris indolis à viris Religioſis perſuaſus omnē rancorem ex corde eouſque deponit, vt tamen hereat in memoria; vnde Vltanum nec obuium ſalutat, nec alia ei benevolentie ſigna exhibet, eſi ſciat fore, vt ex illis benevolentie ſignis motus Vltanus ſimiliter ab odio deſiſtat. Queritur. Vtrum Papius verè ignoverit Vltano hoſti ſuo, ita vt ad aliud ex lege charitatis non amplius teneatur?

Videtur verè ignouiſſe, nec ad aliud teneri. Ita communis Theolog. dum aiunt, ad ignoſcendum inimico ſufficere, odium perſonæ ſeu inimicitie ex animo excludere, cum ſæpè impoſſibile ſit, illud ex memoria eiicere; nec teneri quemquam inimicum diligere poſitiuo & peculiari actū v. g. ſalutatione, allocutione, viſitatione, conſolatione & ſimili, quia hæc ſunt ſpecialia ſigna amoris, ad quæ nemo obligatur, ſed tantum ad communia, v. g. orationem, & eleemoſynam communem, reſalutationem, reſponſionem, expoſitarum mercium venditionem &c.

Reſp. Cum Coninck de actibus ſupernat. D. 24. n. 91. & 97. Bonac. Tom. 2. D 3. de Charitate pun. 3. n. 3. Palao Tr. 6. D. 1. pun. 6. num. pl.

vt. & alijs distinguendo. Si Papius grauem
sentiat difficultatem in saluatione & alijs si-
gnis beneuolentiæ exhibendis, cogi eum non
posse ad ista præstanda, cum nõ teneatur cum
tanta difficultate salutem inimici procurare:
Verum si Papius non adeo molestum accidat,
illa præstare, obligari eundem. Quia bonum
spirituale inimici, sicut & cuiuslibet proxi-
mi, procurare debet etiam cum aliquo suo in-
commodo, aliàs non esset nobis præceptum
Exodi 23. *Leuare asinum inimici iacentem sub
onere, & Prou. 25. esurientem inimicum cibare.*

Ad rationem in oppositum dicimus,
eam intelligendam esse iuxta datam di-
stinctionem, quod etiam sentit Layman *l. 2.
tr. 3. c. 4. n. 2.* aiens, illam esse veram, per se
loquendo; quia si ommissio illorum signorum
scandalosa esset, aut per aliquid eorundem
posses sine tuo incommodo inimicum tibi &
Deo reconciliare, id ommittere, foret graue
peccatum.

LXVII. Pausilippus emphyteuta elapso trien-
nio non soluit canonem domino suo, qui idcirco
propria auctoritate rem emphyteuticam ingredi
nuitur, quod aduertens emphyteuta ad resisten-
dum se parat, prius tamen ea de re Confessarius
consulit. *Quaritur. Virum dominus canone post
triennium non solum possit propria sua auctori-
tate rem emphyteuticam ingredi: & inhibere debeat
Confessarius emphyteutam à resistencia parandam*

X 2

Videtur